

16. 12.



19  
*Maxime Reuerendo & Magnifico Viro,*  
Domino

**IO. SEBASTIA-**  
**NO Mitternacht/**

Philologo & Theologo consummato,  
in Serenissima Aula Saxo-Numburgensi Con-  
cionatori primario, Episcopatus Superintendenti & Con-  
sistoriano vndiquaque gravissimo, vigi-  
lantissimo,

**EPHORO & PATRONO SVO**

Anniuersariam gratulationem

**MVSAE CIZENSES**

repetunt


*ad diem XXIV. Iun. M DC LXXIX.*

---

**CIZAE, Typ. Fridem. Hetstedii.**

Dogs

t.



Vir admodum venerande,

**V**ides officium denuo honori & nomini Tuo iterari. Vile illud esse & impolitum, itidem fateor: etiam eiusmodi, ut de illo in aliam formam mutando saepe cogitauerim. Cum vero tantae sis bonitatis, ut etiam centones hos beneuole accipias, & hanc informem formam aliis anteferre videaris, quo pristinae vitae & laboris fortasse memoriam revoces; nihil mutandum duxi in veteri consuetudine, quam Antecessores beati in manum tradiderunt. Accipe ergo & Collegarum & discipulorum quorundam pia vota cum meis paucis versiculis, quibus Senecae sententiam metro alterius forsitan Senecae mihi videor expressisse. Vale Patrone, & omnia haec benigne interpretare.

Seneca Epist. XXVI.

*Senectus lassae aetatis, non fractae nomen est.*

Docta

**D**octa senectus <sup>\*</sup>lassa <sup>\*</sup>senectus,  
 Namque innumeros volvere libros,  
 atque per annos volvere longos,  
 animum nutrit: corporis autem  
 hebetat vires. Clare Patrone,  
 tua sic lassa est docta senectus,  
 vis ingenii vt firma supersit.

Crede, quod artus debilitauit,  
 id iacturam laudibus aequat.  
 Aequat? superat. Corporis aegror  
 breuiter durat: GLORIA PERSTAT.

*M. Christophorus Cellarius.*

**E**ΥΣΕΙΗ μακρὸς βίος καὶ ὄλβος ὀπιθεῖ.  
 Ἀζόμενος θεὸν ἔσσι δαμπερὲς, ἔζοχε ANEP.  
 Ἐνθ' ἄρα δια χάρις σοι κῦδος δῶκε μέγιστον,  
 καὶ Σε ἀνωγο ὁμῶς ὅτι γήραος ἔδον ἰκέσθαι.  
 Ὀλβίος ἦσθ' ἑὸν φίλος εἰς νωλεμὲς αἰεῖ!

*M. Christianus Röber/ConR.*

יש רב ותפוח הראש נהר מלים  
 יום תאורה שמך כי שב לק שבים  
 אך המשושים גם עתה אשר טובים  
 יחדיו בלא לב ולב לא מעט נושאים:  
 יין ואני שמחתי אמנם לברי  
 לכן בששח נתי אליו תשובתי



אולם אשר בלתי כל-יש אשר נברתי  
אל-אל ארון עולם קרמון חברתי  
היה לך האיש גדול מאד רבים  
טובים והשלים יתן ואת-ימים:

Georgius Christophorus Cadesreuterus,  
Scholæ Episc. Cic. h. t. Collega Tertius.

---

**E**cce dies rursum fulget, moderante Jehovâ,  
Quò TIBI lætandi causa, PATRONE, da-  
tur.

Quare nos etiam Tecum gaudere necesse est,  
Atque piis votis hunc cumulare diem.

Porro TIBI Summus clementer adaugeat annos,  
Et jubeat nobis TE superesse diu!

*Johannes Longolius, Scholæ Episc. Ciz.  
h. t. Cantor.*

---

**D**um NATALIS honor Musis nova gaudia  
adinfert,

Me pietas cogit, cana fidesque jubet,  
Ut gratæ signum mentis lætissimus addam,  
Miretur nomen ne quis abesse meum.

Gratulor ergò, dies sit felix, sit TIBI lætus,  
Ac hilaris redeat creber ab arce poli.

*Ita gratulans precatur*

*Christophorus Liebner.*

Vota

Vota ferunt alii, cur non mihi ferre liceret  
Vota accepta Tibi, Vir venerande mihi?  
Jova Tuam vitam longos Tibi proroget annos,  
Ut validus videas sæpius hancce diem.

*Petrus Hanner / Schol. VI.*



*Carmina Discipulorum.*

Adde dum cuncti MESONYCTIE carmina certant,  
Fatum non vatum fingere Musa cupit.

*Balthasar Schmeisser / Cizâ Misn.*

Diffugere dies: ad metas pervenit annus  
Pristinus ex animo,  
Rursus & optatas revocavit Phœbus aristas,  
Ac onomasia Tuum.  
Munera Pierides, ubi Elystris permeat agros,  
Tradere docta solent,  
Atque parare piis votis conantur honorem,  
Summe Patrone, Tibi.  
His ergo tenui nunc accinuisse Camœna  
Relligione feror.  
Non Heliconis opes, nec inania nomina famæ,  
Sed meliora dabo:  
Scilicet hoc votum, tranquillæ ut tempora vitæ  
Fata benigna parent,  
Ac procul avertant curas, morbosque sequaces,  
Invidiæ & rabiem.  
Donec grandævus capias ex fœdere pacto  
Regna beata Poli.

*Joh. Christoph. à Rörbiß / Eques Misn.*

A 3

Cardi-

**C**ardine læta dies rursus surrexit Eoo,  
Quæ pro Natali luce colenda venit.  
Idcirco fas esse puto non munera; verum  
Pectore sincero vota profecta dare.  
Te Deus omnipotens servet cum corpore sano  
Et pellat morbi noxia cuncta procul.  
Innumeris annis Numen Tua tempora adæquet,  
Te trahat excelsi donec ad astra Poli.

Johannes Wolfgang Richter.  
Augustiburg, Misnicus.

---

**P**laudite, Pierides Cizenses, plaudite mecum,  
Quod Sol auricomus rapidis lætisque rotarum,  
Cursibus attulerit lucem persæpe vocatam.  
Hæcce dies redeat felix per tempora longa.  
Hoc precor ex animo, votis Deus annuat hisce.

Christophorus Tichtlerus,  
Ciza Misnicus.

---

**Q**uænam lætitiæ? Genii. quæ carmina? Musæ.  
Unde sonus? svavem tangit Apollo lyram.  
Unde preces: animis. quinam fudere? Scholares.  
Ast hic qui votis annuit? Ipse DEVS.  
Longa Senis PyLII VIVendo fecVLAVINCas, *Addit.*  
AC hæC Læta Dies Læta sIt, opto, TibI.  
ADsIt perpetVo sVaDens ConCordIa paCeM  
AtrIs at neMesis VVLtIbVs eXVL eat. *Subtract.*

Otto Fridericus Hanfmann/  
Numb. Misn.

---

**C**armine Mæonio, PRÆSUL pie, TE tuumque Nomen  
Insigne ferrem celsa ad astra cœli:  
Carmine sed tua laus major petit altiora, quam quæ  
Imbelle plectrum cantet audeatque.

Siquis

Siquis ab extremis regionibus adveniret hospes,  
Tamen putaret Te suum esse civem.  
Nam Tua, qua moriens Titan cadit atque qua renascens  
Refurgit, aptè lingua verba promit.  
Nestora consilio vincis, Tua cura format omnes,  
Seu templa dentur seu scholæ regendæ.  
Ergò precor: Vigeat semper Tualingua, cura mensque,  
Serusque posthac evoles ad astra.  
Samuel Ahl, Spand. Marchicus.

Cujus voce poli referatur janua nobis,  
Huic & vox merito prospera nostra vovet.  
Quare voce meâ quoque jam simul offero votum:  
Accipias facilis, Vir reverende, peto.  
Hinc precor, ut vivas per tempora plurima sanus,  
Ut tua vox multis monstret ad astra viam.  
Christianus Melzer/Misnicus.

Cum vota intueor, mihi credite, pectora magnus,  
Quod nil dedi, subit pudor.  
Ne vero videar solus, qui vota negaret,  
En hæcce fundam pectore:  
Mites longa trahant Tibi vitæ stamina Parcæ,  
Præesse quo Scholæ queas.  
Joh. Petr. Pilling, Pfiffelb. Thur.

Quod Solis ignis aurei, Qui denegavit hæctenus Lucem suam mortalibus, Jam clariore lumine Convellit orbis machinam: Et quod per has tristes dies Franos equis injecerit, Gressus ut illi sisterent; Et quod novatus hoc die	Movere gressus incipit; Hoc efficit tantum dies, Qui rettulit nomen Tuum Lætis rotarum cursibus. Hinc versibus mistas preces Grex fert Tibi scholasticus, Idcirco ego non ultimus Repleta votis carmina Ex corde fundam candido.
---	--

Te

Te Jova servet omnibus  
Horis, ut Atlas sicuti

Suffulsi axem, fulcias  
Ecclesiam, regas Scholam.

Augustinus Wilhelm/Weida Variscus.

CLarus inoffenso procedat Lumine Titan,  
Sæpius & referat lætam, REVERENDE PATRONE,  
Hanc lucem TIBI, quæ nomen sortita JOHANNIS:  
Sæpe, inquam, redeat felix sine nubibus atris  
Atque ferat semper quam plurima commoda secum.

J. P. Hüttenrauch/Romstadio Jenensis.

Pimplæ cingite ferto  
Florenti tempora, certe en!  
Ephorus noster recolit jam  
Per Jovam dantem onomasma  
Hilaris cum corpore sano:  
Hoc ut redeat, Mesonycti,

Nitidum sæpe ac ita lumen  
Tibi, quo vivas Pylios in  
Annos feliciter, atque  
Sacratæ plectra movere,  
Citharæ pergas, precor, opto.

Christian. Benj. Waltherus,  
Pegav. Misn.

Ἡ Μαρι τῷ τέτῳ ἐκχέμεθα χάριμασι καινοῖς,  
Φῶς ὅπῃ φοιτοῖον σεῦ ὀνόμασι ἀνάχ.  
Ἰψίθεμθ βασιλεὺς, ὃς ἐπέτα δώματα ναίθ,  
Σώζη σ' εὐρώσον, συγενέας τε σέο.

Michael Gerlach/Cizens. Misn.

JAM nunc, sodales, hacce splendida die,  
Pfallite versiculos  
Inter strepentibus lyris:  
Voto fatiget quisque Jovam supplicii  
Servet ut huicce scholæ  
Multos per annos Præsidem.

Christian. Erichter/Gnandstein. Misn.

AKPO

AKΡΟΣΤΙΧΟΝ.  
Johannis ipsis rebus &  
O mine geris nomen, senex  
Hic Myſta. Nam Chriſti meram  
Annuncias jam gratiam  
Nobis, viamque cœlicam  
Notam facis pio gregi.  
Ergo precor, Tecum ſuâ  
Sit Numen ipſum gratiâ.

Joh. Heinr. Nehme/Eiſenb. Oſterl.

Sæpe petita dies ferat hæc Tibi gaudia multa,  
Depellat curas sæpe petita dies!

Adam. Seiffert/Droſn. Marchicus.

Crefce, vigefce, diu virtutum laude, Patrone,  
NESTOREOS annos, crefce, vigefce diu.

Joh. Carol. à Borberg/Equ. Varifc.

Adproperat tandem lux hæc, qua vota precesque  
Mufæ Cizenſes ſupplice voce ferunt.  
Ergo & ſollicitum jungit mea Muſula votum:  
Scilicet hunc videas sæpe redire diem.

Gottfried Behner/Altenb. Miſn.

Splendefcens iterum tempus geniale Johannis  
Affert nunc animo gaudia mille meo.

Sunt ergo non immerito Tibi vota vovenda.

Cræſus enim non ſum: ſed magis Iruſ inops.

Ergo ſis felix, ſanus, ſine fine beatus,

Et ferò tandem tecta ſuperna petas.

Hæc precor, hæc voveo, faxit Regnator Olympi,

Ut ſemper redeat lætior iſte dies.

Joh. Thom. Doerffelius, Geilſdorff. Var.

B

Surgi.

**S**urgite Castalides! suaves jam reddite voces  
Et cantate Deo carmina grata bono,  
Dum Titan retulit nobis onomasmata læta  
Mitternachtsiadæ, quæ celebrare decet.  
Addo meum votum: Vivas bene tempora multa,  
Et magis ut crescat fama decusque, precor

Fr. Wermannus, Geitha Misn.

**W**er wolte sich nicht heut' an diesem Tage freuen/  
Und willig mit Begier viel tausend Wünsche streuen/  
Weil dessen Nahmens-Licht sich frölich stellet ein/  
Der unser Tröster heist/wenn trüber Kreuzes-Schein?  
Hat es doch iederman noch immer wohl gefallen  
Wanns glücklich Ihm ergeht; Drum lass'et uns vor allen  
Auch diesem werthen Mann ist wünschend ruffen zu/  
Weil Ihm der höchste Gott erhält in guter Ruh!  
Nun wohl! O mein Mäcen/bring ohne Last und Schmerzen  
Noch viel der Jahre zu/befeucht die durren Herzen  
Mit deiner treuen Lehr. Es sey hier weg geweißt  
Morbonens Todes-Krafft/und komm/was Leben heist!

David Pfaunder/Ciz. Misn.

**N**unc est læta dies Johannis, qua schola nostra  
Exultat merito, votum facit atque precatur  
Patrono magno, quæ fas est mente precari,  
Nempe Tibi, longè vt vivas valeasque, precatur.

Christophorus Börnigen, Altenb. Misn.

**V**ive, perenne decus Phæbi doctæque Minervæ,  
Huncque diem spes sæpe redire vide.

Joh. Christoph. Höpffnerus.

**V**ox grata auditur: revoluto sæpius anno  
Læta dies rediit: Plaudite Pierides.  
Apprecor euge Tibi merito, Mesonycte colende,  
Ut lux hæc lætâ sæpe recurrat ave.

Sic

Sic Deus incolumem Te servet & omnibus ornet  
Dotibus, ornatum Te quibus esse decet.  
Interea memorem testantur carmina mentem  
Accipe tantisper, dum meliora dabo.

C. Walther, Ostra Misnicus.

Ἡμῶν γηῶσιν Μῆσαί, ὅτι νυῦ, Μεσόνυκτε  
Ευδοκίμε, κλείεις Σὺ ὄνομασμα πάλιν  
Σὺ ὄνομασμ' ἀνάγεις, ἐγὼ ἐν σοὶ εὐχομαι ἔπως  
Εἴης Ἀδαίμων, εὐσοῦ, ἀμφιθαλής.

Christianus Gerber/Görniza-Misn.

Ἄμβρασε ὕμνον ἐμῶν λεπτόν· Θεὸς αἰθέρι ναίων  
Ἡμῖν πολλοσὸν σὺ ὄνομασμα φέροι  
Εὐθαλλοῖς ἀγαθοῖσι, κακῶν ἐκβάδεν ἀπάντων,  
Πᾶν λυπηρὸν ἀπῶν, ἠδέα πάντα παρῆ.

Abrahamus Avenarius.

Τίς νῦν Σεῖο γράφει δὴ δῶρα θεόδοξα, Ἄνερ;  
Τίς δύναται αἰνεῖν; ἄρκις ἔπέλομαι.  
Νικᾶς πάνδε σοφῶν, ΜΕΣΟΝΥΚΤΙΕ ἀγλαῆ Ἄνερ  
Τοὶ γὰρ ἦσι χάρις τοῖο ΘΕΟῖΟ αἰεὶ.

Johannes Christianus Waltherus, Ciz. Misn.

Vota ferunt omnes; cur non mihi ferre liceret,  
Quæ Tibi pro genio, Vir venerande, canam.  
O faustam lucem! tacitus quis transeat illam?  
Carmine quis fugiat concelebrare diem?  
Gratulor ergo Tibi sincera ex cordis abyfso,  
Te Deus ut servet, prosperet usque, precor.

Nicol. Hefiger/Wormstad. Jenens.

Nescio quis Genius mihi tam cito vellicet aurem,  
Ferre, Patrone, Tibi vota precesque pias.  
Adsit ut omne bonum: procul ad Garamantas & Indos  
Effugiant luctus, opto precorque Tibi.

Salomon Huth/Braunshaynens. Misn.

JAmne diem festum Phœbus retulisse Johannis  
Dicitur? en! rediit dulce onomasma tuum;  
Gratulor ergò Tibi, MÆCENAS maxime, lætor,  
Huncce bonis avibus jam rediisse diem.  
Det Deus ut vegetus vivas per plurima lustra,  
Actandem cœli tecta beata petas.

Johannes Steche/Osterfeldâ Misn.

Quid? coner tenuis grandia dicere?  
Nobis magna quidem, Vir celebris, pudor  
Imbellisque lyræ Musa potens vetat.

Culpa deterere ingenî:

Verum, luce diem hunc cum retulit nova  
Jam Titan, venerer solus ego filens  
Te Tutorem animæ sollicitum meæ?

Non: diducta poëmata

Filo, etsi tenui, PRÆSIDIUM, TIBI,  
MAGNUM, ET DULCE MEUM, nunc, DECUS, offero,  
Sis Janni similis voce, fide, sacrum.

Tecum Flamen ubique fit.

Vivas incolumis munere in hoc gravi,  
Tot Numen bona det, jam quot agri ferunt  
Spicas, gramina quot prata, quot Hybla apes.

Hæc, Jova, hæc rata sint, precor.

G. W. Steuerus, Numb. Thur.

Ετυχέως ἔφορος ἡμῶν ὀνομαστικὸν ἡμᾶρ  
Σήμερον εἰσαδῆς λάμπει, λάλα μέτρα μελίζω.  
Ὡσε τὸ φῶς σελαγεῖν μάλα πολλάνις, εὐχομαι αὐτῆς.

G. W. Fiedler, Witteberg. Sax.

וְיָהוָה אֱלֹהֵינוּ  
וְיָהוָה אֱלֹהֵינוּ

וְיָהוָה אֱלֹהֵינוּ

יְמֵינֵינוּ כְּרֵא מְשִׁנְלוֹתֶיךָ  
יְדַבֵּר שׁוֹב עָלָי לְבָבְךָ:

HaVt agros peragat noster MesonyCtlos annos  
Opto. DeVs Votis robVr Inesse VeLit.

Andreas Friedel/Scaudiza-Misn.

**O** Jova astripotens redit  
Jam Mystæ nitidus Sol venerabilis,  
Quem des incolumem precor,  
Et ferves decus, & præsidium meum.  
Turbent hoc onomasma non  
Mœrentes Hyades, nec rabies Noti.  
Illi robur, & omnia  
Dones, quæ bona sunt terricolis piis.  
Tandem fideream in domum  
Ipsum de gremio terræ humilis trahas.

Joh. Mauritius Triller/Bürgelenf. Thur.

**N** Ἦν ὄντως κερτέω χ' ἠδομαι, αὐ ὅτι,  
Ἡμῶν γυμνασίῃς ΓΝΩΡΙΜΕ ΠΡΟΣΤΑΤΑ  
Ἡμῶν κῦδῶ, ἀνῆλθεν  
Ἐν τῷ νδν ὀνόμαζμά σου.  
Τοὶ ἔν ἐκ κερδῆς μείοθεν ὄχομαι,  
Ὡς ἐς πολλὰ ἔτη τὸν βίον εὖ ἀγεῖν,  
Καὶ σοὶ τὸν μακαριζμὸν  
Δεῖναι ἀθάνατον Θεόν!

Petrus Dietmannus, Gröitz. Misn.

**N** Ἦν ὁ χορὸς Μεσῶν πολλὸν σοὶ, Ἄνερ ἀριστε,  
Ἄζματῶ πολλὰ φέρει, τίπτε ἀφῶνῶ ἐγώ;  
Δός, Θεὸς ὑψιμέδων, Μεσονυκίῳ ὄλβια πάντα  
Καὶ ποῖε τηλαυγῆς χάρματῶ πάντα πόλῃ!

Christianus Jäger / Burgstadio Misnicus.

**Δ** ὦ Θεὸς ὑψος  
Πνδύματῶ ἀγνῆ  
Τὴν χάριν αὐτῶ  
Τῷ ΜΕΣΟΝΥΚΤΩ.

Acclamabo brevi: vivat! & optime

Pergat vivere Theiologus.

Joh. Christian. Merckel.  
B 3 Lata

**L**æta dies Tibi nunc, venerande Patrone, refulsit,  
Purpureus quam fert Phœbus ab axe poli.  
Hacce die capias Tibi lætâ gaudia mente,  
Funde Deo grates, vota que solve Deo.  
A rutilo cœlo splendent quot sidera celsa,  
Hac Patrone die, tot tibi fausta precor!  
Det Deus omnipotens residens in culmine cœli,  
Sæpius ut cernas hancce redire diem!  
Terque quaterque sis felix! ut Tu quoque tandem,  
Pocula degustes Nectaris ætherei.

J. Gering. Ciz. Misn.

**V**ena mihi, fateor, tenuis jejunaque lingua est,  
Attamen ex animo concino pauca pio:  
Vive, GRAVIS PRÆSUL, sanus! Tu vivito felix!  
Vive diu! vivat gloria, Fama tua!

Andreas Kempfius, Breitenb. Misn.

**Q**uid Claritati conveniens Tuæ,  
Verende PRÆSUL, Musa feret mea?  
Dicet Tuas laudes peritus,  
Officium faciam precando:  
Recurrat hæc ut lux Tibi sæpius  
Levata curis, cresce simul bonis  
Mentisque corporisque, donec  
In Superis vigeas beatus.

Johann. Adam. Georgi, Dresdâ Misn.

**Q**uamnam vota feram? pœma quodnam  
Deducam modulo? Tuâ, Patrone,  
Det nos voce Deus diu ut fruamur,  
Multis quæ via, dux ad ætherem sit.

Augustus Nisfe/Dragsd. Misn.

Est

**E**st onus & languor tristis, longæva senectus,  
Comicus ut prudens ac experientia monstrat.  
Hoc onus, hunc morbum quo sublevet ipse Jehova,  
Ex animo toto nos, Vir venerande, precamur.

Johannes Philippus Hempel/  
Pegau. Misnicus.

**O**mnipotens, qui jam pridem TE, magne Patrone,  
Servavit, posthac servet & incolumem;  
Quo possis animas porro bene pascere justas,  
Atque scholæ nostræ consuluisse simul.

Joannes Georgius Siegel/  
Neostad. Varisc.

**O** Venerande Mystra,  
Jam redit splendens onomasma auspiciis amœnis.  
Ergo egomet peropto,  
Ut virescas atque valens sis Pylios per annos.

Sam. Fried. Fischer, Ponizensis.

**H**ὡς γηθοσύνη ᾧ πολυφέρτατε  
Ἄνερ νῦν ἐφάνη, ἧ ὀνόμαζμα σὸν  
Τιῶν ἰερὸν ἄγεις. Τ᾽νεκεν ἀσμελῶς  
Μέλπη πᾶσι χολῆ νῦν ἀλαλάγματα.  
Τῆ κατὰ ἔπομαι πάντα σοὶ ὄλβια  
Χόων. Πνεῦμα Θεὸς δάμαθ' ἐπέριστα  
Νάων, ἐρανόθεν σοίγ' ἄγιον διδά  
Καὶ πόσοις ἀγαθοῖς, ᾧ ΜΕΣΟΝΥΚΤΙΕ  
Πληροῖ σεῦ καρδίῳ, τείρεα ἀγλαὸς  
Ὅσ' ἔλυμαθ' ἔχθ, ὅσ' ἔαρ ἀνθεα  
Ζήσης ἠλικίῳ Νέστορθ' εὐχομαι  
Αἰς Ὀχῆσιν ἐὸν Χριστὸς ἀμὴν λέγη.

Daniel Sommer/Cizâ Misn.

Nunc

**N**unc cuncta gens discentium,  
Est delibuta gaudia,  
Precesque fundit, quo Deus  
Servare Te nec non domum  
Velit Tuam: firmus, valens,  
Per plurimos annos queas  
Præconio verbi Dei  
Greges pios ut pascere!  
Quoniam rudis sum, nil queo  
Votum pium hoc quam fundere:  
Vale atque vive cum Tuis  
Faxit Deus ratum fiet.

Christophorus Wegold/  
Rasbergo-Ciz.

**N**on est quod peccatus subeat miratio Vestrum,  
Carminis incomiti, quod mea penna dedit.  
Nam condiscipulis, qui carmina pulchra dederunt,  
Fontis Castalii' Musa ministrat aquam.  
Cum vero peterem doctissima culmina Pindi,  
Atque etiam cuperem quærere fontis aquam;  
Quid quæris? dixit Clio, fortasse liquorem,  
Castalium? nullum, crede mihi invenies.  
Cur tam serus ades? cunctum exhaustere sodales  
Ergo quid mirum? quod male solus agam.  
Dicere nil possum, quia Clio denegat undam,  
Quam bene vive diu, quam bene vive diu:

Joh. Severinus Weisse / Ciz, Misn.




Nr 3165


8<sup>o</sup>

1007

1007







19

& Magnifico Viro,  
nino

ASTIA-

ffernacht/

logo consummato,  
xo-Numburgensi Con-  
tus Superintendenti & Con-  
ue gravissimo, vigi-  
simo,

ATRONO SVO

gratulationem

CIZENSES

. M DC LXXIX.

ridem, Hetstedii.

t.

